Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8405
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Et illi quidem insipientes et maligni nescientes sacramenta dei
sepelire illum quod morientibus etiam sanctis optabile erat exinaniri
tulerunt contenti fecisse illud quasi maledictum lege dicente quia
maledictus a deo est qui pendet in ligno sed iustificatur sapientia a filiis
suis quia bene consulta lex sapientie satisfecit quod non propter penam
sed propter culpam quemquam sub maledicto constituit. Non enim sola
hic penam in causa posuit sed culpam premisit. Premisso namque
quando peccavit homo quod morte plectendum est tunc demum sub-
iunxit et adiudicatus morti appensus fuerit in patibulo. Sed et il-
lud non leviter attendendum quod taliter dixit quia maledictus a deo
est qui pendet in ligno. Quamuis apostolus scribens grece et pro
necessitate temporis translationem septuaginta interpretum que apud
illos iam dudum accepta fuerat sequens dixerit maledictus qui pen-
Satis liquet quia trans- det in ligno / Capitulum xxv.
lationis utriusque non nulla distantia est sed ghita ceteris hec
diversitatibus comparate. Nam in greco omnis additur quod in hebraico
non habetur. Econtra in hebraico habetur a deo et substantivum ubi
est que in greco non habentur. Itaque quod de maledicto senserint im-
pii volentes in illo destruere laudem quam ex ore infantium et lac-
tentium audierat predicata versiculo psalmi centesimi xvii Osan-
na benedictus qui venit in nomine domini nos quidem scimus
quia sic senserunt quomodo sentire voluerant quos excecavit
malicia eorum sed in nihil omnino in laudem suscipiamus in laude
quod dictum est quia maledictus a deo qui pendet in ligno ut sit
sensus. Omnis quidem qui peccavit quod morte plectendum est
et adiudicatus morti pendet in ligno maledictus est subauditur
a peccato suo. Hic autem unus qui adiudicatus quidem morti fuit
et in ligno pependit sed quod morte plectendum esset non peccavit
immo nullum umquam peccatum fecit non a peccato suo maledictus sed a deo
factus est afflictus tamquam maledictus et tamquam peccator. Sed non peccata
portavit omnium quia deus inquit Ysayas posuit iniquitates in eo omnium
nem ad summum hoc dixerim non facile in sanctis scripturis posse repe-
riri quod signavit quisquam maledictus a deo esse dicatur preter hunc locum
ubi sic dictum est Maledictus a deo est qui pendet in ligno. Quod si
illud obiciat quod quod ad Cain deus ipse dicat Nunc igitur maledictus eris

De causa illa sententionis quod maledictus a deo est qui pendet in ligno.